



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Veneratio diei Natalis B. Aloysij. 41

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

neres venerandos, recurrere ex interuallo fineretur.

*XLI. Veneratio diei Natalis
Beati Aloysij.*

SED multò concitator hic erat affectus, quo tempore sub Iunium mensem iam adultum, vicinus Aloysij Natalis imminabat. Tum ille, diem solidum antecapere, atque ad eius sacellum, quodam quasi peruigilio actò, complures horas excubare. Ingruente post vespere domum reuersus, ibi noctis crepusculum inter continuatas preces opperiri. Inde super impolitos asseres compositus, cum horas quieti non plus duas concessisset, reliquam noctis ita partiebatur, ut ab acerrima corporis verberatione, ad lectitandam Aloysij histo-

historiam diuerteret: ab hac ad
 pias commentationes transfiret;
 quæ deinceps, ad ipsum vsque
 diluculum ardentè suauitèrque
 productæ. Commodi in exorto
 sole dies illuxerat; iamque An-
 tonius ad patroni sui scella
 postliminio festinabat. Ibi ge-
 nibus ad aram prouolutus, dum
 preces ardentius instaurat, no-
 uis, ecce, insperatisque gaudijs
 perfunditur. Nam paullo post
 adolescentulos videt tirones, ló-
 go ordine succedere: quos om-
 nes è Societatis domicilio, idem
 in Aloysium amor, illuc inuita-
 rat, vt votis ibi solutis, epulo cæ-
 lesti pascerentur. In hoc tali um-
 cætu deprehensus mirè lætaba-
 tur; idque eò magis quo simil o-
 ribus illos studijs, ad Aloysium
 ferri intelligebat. Corollarium
 gau-

gau
 rum
 cieta
 Mut
 cum
 pe e
 cum
 trat
 nes
 NV
 stia
 pto
 xiff
 offi
 pos
 Alo

X

I A
 d
 nas

VBALDINI. 89

gaudij fuit; quod in eadem ara
rum nactus est operantem, So-
cietatis Praepositum Generalē,
Mutium Vitellescum: à quo vnā
cum ceteris tironum, caelesti da-
pe est recreatus; dici non potest,
cum quanta consolatione. Pa-
tratis iam legitimè sacris, vt om-
nes recessere, postitit VBALDI-
NVS tamen; diēmq; reliquum,
etiam pomeridianum, in incæ-
pto religiosissimè duravit. Di-
xiss nullis illura nec fatigari
officijs, nec satiari colloquijs
posse, quæ de rebus, laudibúsq;ue
Aloysij miscerentur.

XLII. Veneratio Martyrum Iapponie.

I Am interea excitatum ingens
desiderium alebat, ad Iappo-
nas, simul ac per aetatem præsi-
desq;